

1195

I C O D I C E S

1196

super illud. In principio erat uerbum &c. Vides propalacionem et potestatem uerborum multam &c. Siftit in iis: Sufficiebat enim uelle solum. et omnia sequebantur. Initium illud legitur nunc in Homilia I. et Finis in Hom. LXXXVII. seu ultima in impressis. Codex hac terminatur clausula: Finit expo. cris. a burgundione iudice pisano translata. Anno domini. M. C. LXXIIII. Johannes iste Burgundio, de quo ad i. Mazzuchellium Scritt. d'Italia Vol. II. P. 3. p. 1768. uersionem hanc suam Romam ad Concilium Lateran. III. 1180. adtulit, ut ad h. a. Robertus Abb. Montis in continuat. Chronici Sigeberti narrat. Vide Fabricii Bibl. Graec. Vol. VII. p. 647. Erravit itaque Mansius in edit. Bibl. med. et inf. Lat. ejusd. Fabricii illum ad Sec. XIV. repo-

nendo; maxime cum nunc e Cod. nostro ipsum factae translationis annum teneamus. Eam recognouit Franciscus Accoltus dictus Aretinus, si Bibliothecam graecam paullo ante cit. audias, sed si ejus uersionem Cosmo Medici inscriptam, Romaeque in S. Eusebii Monasterio MCCCCLXX. f. impressam cum nostro Codice conferas, ut feci, Francisco injuriam factam deprehendas, ejusque laborem longe a Burgundionis uersione abire. Itaque recte a Mazzuchellio, Lairio et aliis Interpretis ei nomen tribuitur.

Contenta in Codice siue Catenam PP. siue Libros Sententiarum dicas, lectiones aliquas meliores suppeditare possent, si cum Operibus, e quibus excerpta sunt, contenderentur. Subscripsit illis Librarius;

*Qui scripsit scribat semper cum domino uiuat:
Uiat et in celis uiricus nomine felix.*

Adjacet etiam nomen recentioris Possessoris F. Johannis de Mantua Ordinis Fratrum Seruorum scil. B. V. M.

CCC.V. VI. H. 7.

645 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 319. 4. non una manu perscriptus et olim Wenceslai Rossii Prefforouii Sacerd. Bobemi cum multis aliis haecenus indicatis haec seruat: I. Locos communes Theologicos siue PP. Sententias ex Alphabeti serie in

Capita CLXXIII. digestas, addito sub finem Elencho: De Abstinentia. De Acceptione Personarum. De Accidia. De Amore. De Angelis &c. Initium C. I. Bernhardus. Magna abusto est, quod parcitas auaricia putatur &c.

II. fol. 72. Contractus de sanctis. Id est, Sermones de Festis SS. per annum ab Andrea Apostolo usque ad Catharinam Virg. autore Job. Contracto siue Kortz O. M. ut dixi ad Cod. DCCXXVI. quem, si lubet, confer. Initium: Ambulans ibesus —

In

1197

P A T R I S T I C I.

1198

In istis verbis describitur &c. ut ibi.

III. fol. 156. p. 2. Sententiae e PP. et Scriptoribus profanis collectae de *Ebrietate*, de *Praedicatione* verbi Dei, de *Sacerdotibus*, item *Expositio Orationis Dom.* ex ejusmodi Sententiis congesta, *Salutatio angelica* rhythmis hiulcis inclusa, et Interpretatio quorundam Nominum hebraicorum, puta: *Affwerus*, *Hester*, *Rechabita* &c.

IV. fol. 165. *Sermo de resurrectione.* Initium: *Augustinus in quodam sermone et Nichodemus in suo ewangelio ostendunt &c.* Ex ungue leonem.

V. fol. 167. *Octo species uel casus turpitudinis quas quandoque conjugales solent exercere inter se.* Hic quoque non pauca inepta.

VI. fol. 169. usque ad finem *Sermonum* Congeries partim in *Dominicas*, partim in *Quadragesimam*, quos inter varii ex editis *Jacobi de Voragine* deprompti sunt. Primus *In Epiphania domini* incipit: *Omnes de saba venient &c.* *Ysa. 60.* *Saba est fluuius in Arabia* &c.

CCCVI. IX. g. 32.

638 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 350. 4. *datus olim*, ut praefert involucrum, *ad librariam collegij ducalis artistarum a Jodoco gartner de perching in sacra Theologia licenciato*, qui inter annos 1441 — 52. ter Rectoris Acad. *Vien.* munere functus est, sequentia complectitur ea-

dem manu exarata: I. Sententias PP. de variis Materiis moralibus, quae tamen Elencho praefixo non respondent ordine, et vix sextam illius partem exhauriunt.

II. fol. 13. succedit (Joh.) *Milicij Magistri Pragens.* *Sermo.* Thema: *Sacerdotes contempserunt legem meam &c. Ezech. XXII.* Initium: *Reuerendi patres ac domini sicut deus omnipotens pro salute humani generis misit patres sanctos &c.* Gravis objurgatio Sacerdotum officii oblatorum. De Autore a. 1374. vivis exemto dixi alibi.

III. fol. 20. *Hec dicitur epistola missa per luciferum domino clementi (VI.) sub anno domini M^o.CCCL.* Vide, quae de hujus furfuris *Epistolis* notata sunt ad *Codd.* varios, in *Indice.* Praefens incipit: *Lucifer princeps tenebrarum profundi tristicie regens acbirontis imperia &c.* et si titulus recte habet, conficta est a quodam *Ludovici Bavari* adscula.

IV. fol. 22. p. 2. *Incipit Stella clericorum.* Ita: *Quasi stella matutina in medio nebule &c.* Adi, si placet, *Indicem.*

V. fol. 33. *Exemplar litere quam magister de rodus domino duci veneciarum misit.* Nugae de *Antichristo* nato a. 1385. in *Babilonia*, quarum initium: *Notum sit vestre dominacioni ac deuocioni omnium dominorum ac comitatuum tocius ytalie &c.* Exemplar germanicum relatum est alibi.

VI.